



Kern 1946 (1-13)



Nr. Jahr Prüfling, Heimatort Thema

Arbeiten unter Vorsitz von A.O.GÖLICHE, Frankfurt/Oder

- (1) 19.1739 SCHEIBLER, J.F., Lindow Membranae textura
 (2) 19.1742 WAHRENDORFF, J.L., Liegnitz Mechanicorum et Organicorum
 (5) [↑] (diese Arbeit ist doppelt im Band !)
 (3) 20.1742 BEDA, J., Falkenberg, Neumark Mesenterii adfectibus
 (4) 21.1744 MANN, CH.B., Brieg Tendinis stract. usu
 (6) 22.1747 UNGNAD, J.CH., Frankf./O. Cardialgia synoptica

Arbeiten mit ungenanntem Vorsitz

- (7) 23.1742 GLEDITSCH, J.G., Lebus Methodo botanica
 24.1742 Prof. C.A.v. Bergen Frankft. Syst. Tournefort an Linné.
 (9) 25.1740 EBERT, E., E. "Polen" Caussis praecip. hod. freq. polyp.
 (10) 26.1746 PETERSEN, P. (Ort ?) Affect. cachectici

Arbeit unter Vorsitz von A.PH.QUEITSCH, Frankfurt/Oder.

- (11) 27.1739 OHM, G., Frankfurt/O. Medic. naturae mag.

Arbeiten unter Vorsitz von J.H.SCHULZE, Halle/S.

- (12) 28.1742 ZIERHOLD, J.G., Ragösen Generalia de febr. tradentem
 (13) 29.1742 SCHAARSCHMIDT, A., Halle/S. Nunull. ad mot. cordis

↑ Zählung im Band



(5)

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS
DE
CONSENSU ac DISSENSU
MECHANICORUM
ET
ORGANICORUM,
MODOQUE ILLOS CONCILIANDI,

QUAM
DEO BENEDICENTE
JUSSU GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE
SUB PRAESIDIO

ANDREAE OTTOMARI
GOELICKE,

MED. DOCT. AC PROF. PUBL. ORDIN.
h. t. FAC. DECANI AC SENIORIS

PRO DOCTORIS GRADU
SUMMISQUE IN ARTE MEDICA HONORIBUS,
JURIBUS ET PRIVILEGIIS LEGITIME

IMPETRANDIS
DIE AUGUSTI MDCC XLII.

H. L. Q. C.

Placidae Philiatorum disquisitioni
submitit

JOH. LUDOV. WAHRENDORFF,

Lignitio - Silefius.

FRANCOFURTI *cis VIADRIUM*,
Litteris PHILIPPI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.





PROOEMIUM.

Constat inter omnes, plerorumque si non omnium errorum fontes atque origines partim coecum sui ipsius amorem, partim praejudicatarum opinionum intempestivum studium, partim vero & ut plurimum pertinacem eas defendendi contentionem esse; Quibus impotentem alios insectandi pruritus merito quis addiderit. Malunt permulti martyrio sese consecrare, quam hypothesebus semel adsumptis & sine rigoroso examine adprobatis renunciare; Perversorum doctorum moralium more, qui meliora quidem vident, deteriora tamen sequuntur. Ex hoc eodem principio omnes omnium temporum haereses suos derivarunt natales. Si homines non nudis opinionibus & commentis regi, verum potius
A sincero

sincero veritatis studio duci sese paterentur, jam dudum scientiae artesque ad aliis fastigium evectae & perfectioni suae longe propiores essent; Jam vero in eodem semper luto haerere malunt, de quibus adposite admodum SENNERTVS, cum simili in argumento versaretur, chymicos scil. cum Peripateticis & Galenicis conciliaturus, hunc in modum locutus est: Plurimi sunt, qui opinionibus potius reguntur, quam veritatis studio ducuntur. Et alii quidem nimio majorum suorum amore fascinati, quam quisque opinionem de rebus sive divinis sive humanis à majoribus & doctoribus haulit, eam plerumque & amat & fovet & propugnat ac ad sanguinem usque mortemque defendit, & nihil ea verius & rectius dici posse, persuasissimum habet, compedes falsarum opinionum, quibus vinctus est, licet ferrei sint, licet impoliti, licet onerosi, pro aureis habet, imo non pro compedibus habet, sed pro ornamentis: A quibus si quis aliquem liberare tentat, tantum abest, ut id admittat, ut etiam renitatur, imo magnam injuriam sibi fieri clamitet. Nec profecto, quos vivis hic depingit coloribus Sennerthus, homines nostro deficiunt tempore. Nimum illis placet diversicolor illa theoria, cui hactenus strenuam navarunt operam, quae, sive praxi clinicae sit confor-

conformis, sive ab ea toto coelo aliena, parum curant, in id solummodo intenti, ut, quod ex praeceptorum suorum ore ac discursu hauserunt, aliis iterum inculcent, ab hoc suo tramite nunquam recessuri, licet dogmatum talium insufficientia luce meridiana clarius ipsis ostendatur. Nos, dum organicorum & mechanicorum, hodie ita dictorum, systemata non tam reformare quam conciliare conamur, vix admodum faventia nobis fata pollicemur; Quibus tamen spretis atque neglectis, propositum nostrum (quantum nempe angusti disputationis academicae limites concedunt) strenue persequemur, breviter ac modeste ex omni artis medicae ambitu praecipua utriusque systematis dogmata indicaturi ac deinde perspecturi, in quibus vel inter se mutuo consentiant vel dissentiant? Faxit Deus, ut haec qualiscunque disquisitione in proximi commodum & emolumentum cedat!

§. I.

Periculum itaque facturi, num, quae *mechanicos* inter & *organicos* hucusque sat fervidae agitatae sunt lites, componere, & salva utriusque partis litigantis auctoritate, conciliare invicem possimus, partes tantum praeliminares *mechanicam* aliasque *mathe-
seos* impurae partes, deinde *physicam*, *anatomiam*, *chymiam*, *pharmaciam*, *materiam medicam* & *botanicam* hac vice breviter

ter percurremus, accessuri forte curis secundis ad partes medicinae essentiales, quales sunt *physiologia, pathologia, semeiotica, methodus medendi generalis; specialis & specialissima*, quarum tandem agmen *therapeutica* claudit: Nunc enim disputationem tantum inauguralem, non tractatum, conscribendi animus est.

THESIS PRAELIMINARIS
PRIMA.

Mechanicorum.

Artis medicae tyro-
nem *matheseos* univer-
tam *purae* quam *impurae*
notitia oportet esse im-
butum; Quia, si hac de-
stituatur, oeconomiae a-
nimalis vitalisque leges
digne explicare nequit.

Organicorum.

Hi pati possunt, ut pbiliatri
mechanicae, staticae, hydro-
staticae aliisque impurae ma-
theseos partibus sese adplicant,
dummodo prudenter caveant, ne
vel eas ad medicinam absolute
necessarias esse praetendant, vel
algebraicis subtilitatibus sese fa-
scinari permittant, verum po-
tius ut eximum medici theore-
tici ornamentum eas considerent.

Conciliatio.

Justum quidem & aequum esse putamus, ut, qui addi-
scendae medicinae toto sese animo adplicare cupit,
non perfunctorie & superficialiter, sed solide ac funda-
mentaliter opus tanti momenti adgrediatur; Ubique ta-
men etiam sedulo invigilandum est, ne, quae curiosa tan-
tum, minus utilia vel non aequae necessaria judicantur,
iis tantisper postponenda veniant, quae ad artem talem
solide comprehendendam majore utilitate pariter ac ne-
cessitate

cessitate sese commendant. Proinde pati possumus, ut studiosus medicinae disciplinis mathematicis, & quidem non tam illi, quam *sublimem* vel *speciosam* vocant, quorum praeprimis *algebra* spectat, quam potius *mechanicae, staticae, hydraulicae* aliisque talibus *matheos impurae* speciebus sese adplicet. Quod si enim alium inde non hauriat usum, is tamen non erit contemnendus, quod minus causae habeat pertimescendi mechanicos, qui continuo tales alte sonantes terminos in ore habent, & ex principiis mechanico-staticis, hydraulico-pnevmaticis &c. omnia deducere videri volunt, de quorum plerisque tamen persuasi imo convicti sumus, quod praeter nudos terminos tales vix ullum, nedum solidum de hisce scientiis, sua alioquin in sphaera non contemnendis, habeant conceptum. Plura huc spectantia qui legere cupit, institutiones *D. D. Praesidis* secundum principia mechanico-organica reformatas part. I. Cap. I. §. XVI. & XVI. evolvere poterit. Neque vero dubium est, quin, hisce rite perpenfis, nostra in castra sit transiturus.

THESIS SECUNDA.

Mechanicorum.

Quoad doctrinam *physicam* sive *scientiam naturalium* haec est illorum sententia: Neminem exquisitam *theoriae medicae verae* notitiam acquirere sibi posse, nisi doctri-

Organicorum.

Hi contra cum suo antesignano B. Stablio regerunt: Physicam, cum in generalioribus tantum corporum naturalium proprietatibus & adfectionibus investigandis occupata sit, in theoriam medicam temere tradu-



na physica animum probe delibatum ad illam adferat; Eam tamen experimentis chymicis & principiis Mechanicis constare debere contendunt. Unde porro concludunt: Ejusmodi scientiam physicam medico summe necessariam esse, ut hac ipsa vires, proprietates & effectus rerum corporearum in mutando corporis nostri statu *a priori* iusta demonstratione & fundata ratione investigari queant. Unde putant sponte consequi, neglectum studii physici causam esse indubitatum omnium errorum ac diversissimarum adeoque incertissimarum opinionum, sectarum ac disensionum tam in theoria quam in praxi medica.

Etiam nullo modo vero ac directo medicae artis scopo respondere, necum solide inferre posse, imo potius multis inutilibus speculationibus, theoriam medicam veram corrumpentibus ansam suppeditare; Proinde a liminibus artis eo majori sollicitudine ceu aliena est removenda, quo certiora eidem damna inferi.

Conci-

Conciliatio.

Non est quidem grave istud Divi *Hippocratis* enunciatum plane nobis ignotum, quo philomedicos serio cohortatus est: Conandum esse, *ut physici evadant*; Verum non minus notum nobis est, quod sequiorum temporum medici huic enunciato vel aliena vel plane falsa imo à monumentorum *Hippocraticorum* indole quam remotissima dederint interpretamenta. Quis enim vel opiniosissimo speculatori credat, *Hippocratem* virum tam gravem & oraculis aeternae veritatis usque adeo clarum atque illustrem, minutias illas physicae corpuscularis futuro medico commendare voluisse? Vereor sane, ne optimum senem summa adficeremus injuria, si generalissimarum talium physicarum speculationum, meras intricaciones respectuum vere medicorum parientium & in theoriam medicam veram invehentium, fautorem & propugnatorem insimulari eundem posse, suspicaremur. Quilibet potius, cui peponem vel cucurbitam loco cerebri non dedit natura, comprehendit facile: Divum *Hippocratem* hoc suo effato inquisitionem *naturae humanae*, variosque ejusdem agendi modos cultoribus artis commendare voluisse, dum ipsemet à limine sacrorum Apollineorum quam longissime arcet omnes illos, qui aliter, quam ad medicam artem pertineat, de natura fermocinantes audire consueverunt. Talibus enim suam, nempe medicam orationem minime adcommodatam esse contendit. Quicumque alium hujus enunciati *Hippocratici* sensum somniat, is amore speculationum suarum occoecatus verum perspicere nequit, ac proinde indignus est, cui vel verbulum amplius dicatur.

Quae

Quae omnia licet vere sic sese habeant, pati tamen possumus, ut medicinae studiosus *physicae*, & quidem *experimentalis* addiscendae sese applicet, dummodo caveat, ne *physicas* tales contemplationes ad scopum directe medicum ullo modo pertinere, temere sibi persuadeat; Nihil enim, ut *Stahlius* recte monuit, proprie ac *directe medicum* vocari meretur, nisi quod ad scopum artis medicae directe facit. Hic scopus, ipso ulterius sic differente, consistit non tantum in eo, ut laesiones corpori humano ejusque actionibus vitalibus independentes aut jam illatas via quadam vel cum solida atque certa experientia vel insuper etiam cum sana ratione conspirante, praecoccupare, abigere, seu in integrum aut in ordinem restituere studeat. Quicquid ad hunc scopum obtinendum non respicit, id ceu alienum à finibus artis medicae merito arcendum est. Hinc enim, quod nempe talibus scientiis justis sui limites non fuerint constituti, sed alterum alteri temere immisceatur, hinc, inquam, omnium errorum & controversiarum sectarumque origo est derivanda, non à neglectu *physices*.

THESIS TERTIA.

Mechanicorum.

Quoad *chymiam* & *pharmaciam* haec *mechanicorum* est sententia: *Theoriam medicam nec solidam, nec fundamentalem esse posse absque doctrina*

Organicorum.

Organici circa *subsidiarias* has medicinae partes ita sentiunt: *Tantum abesse, ut ad veram ac solidam theoriam condendam quicquam conferant, ut potius ab hoc sine & spe boni*

ac



physica, quae tamen *chymicam* quoque scientiam complectatur, per quam quippe *fermentationis* ac *putredinis* indoles pariter atque causae, nec minus effectus salium atque sulphurum diversae indolis, quos in C. H. edunt, artifici medico melius innotescant. Neque dubitant hinc inferre, *chymiam* medico non minus utilem quam necessariam esse; Eo quod his rite cognitis atque perspectis, longe melius & causas morborum & materias ad morbum procreandum aptas & potentes, imo ipsorum remediorum, arte *chymica-pharmaceutica* paratorum vim & efficaciam explicare possimus.

ac solidi usus sint longe alieniores. Exemplo fermentorum, fermentatationis, coagulationis aliarumque doctrinarum in theoriam medicam ex chymicis temere translatarum, quibus carere optimo jure poterat imo debebat.

B

Conci-

Conciliatio.

Ut eo distinctius & clarius constet, vanam esse fiduciam, quam in doctrinis hisce chymicis ad illustrandam theoriam medicam reponunt mechanici, ex *Stablis* repetere & allegare mihi liceat portentosa illa commoda, quae sibi & aliis inde pollicentur, possuntque, ut brevitati studeam, ad haec quatuor momenta reduci, nempe 1.) coagulationem per acida 2.) colliquationem humorum per alcalicam volatilitatem & 3.) ad efficaciam stimulantem, per acrimoniam Sino-Æream excitatam; Quibus 4.) facilem, uti fingitur, fermentescentem mutabilitatem *υπερσεως* in humoribus merito jungimus. Neque vero in his subsistunt, sed quodlibet illorum mira gaudet fertilitate ad nova commenta excludendum; sic v. g. *acidum*, cujus variae finguntur species, aliud est illis *hemisranicum*, aliud *ophtalmicum*, aliud *odontalgicum*, aliud *anginodes*, aliud *pleuriticum*, aliud *nephriticum*, aliud *hystericum*, aliud *fixum*, aliud *volatile & vagum* &c. Eadem propemodum ratione agitur cum sulphure aliisque concretis in chymia tractari solitis. Quid dicam de fermentis? Quae hinc & inde in visceribus collocata sunt, ut secretiones excretionisque illorum ex hac mere arbitraria hypothese explicarentur. Mitto *acidum & alcali*, *acidum & viscidum*, quae principia ipsis mechanicis insufficientia visa sunt, ut ex illis solida theoria eidemque respondens solida praxis stabiliri posset. Absit vero, nos propterea philiatris nostris dissvadere velle, quo minus *chymiae* atque *pharmaciae* addiscendae operam navare debeant; Imo potius ante viginti, & quod excurrit, annos serio optavimus, ut majori cura atque sollici-

sollicitudine, quam hucusque factum est, huic studio *digne excolendo* incumberent; Spe enim certissima lactamur, fore, ut *mancum atque mutilum medicinae corpus, per chymiam ac pharmaciam postliminio revocandas* pristinae suae integritati atque splendori sit restituendum. Dummodo prudenter caveatur, ne, quae suâ in sphaera optimae & summopere commendabiles sunt, scientiae, alieno foro immisceantur, in quo nil nisi confusiones & male fundatas speculationes parere possunt ac solent. Qua in re cum facile nobis consensuros esse speremus mechanicos, dissensus mutuus inter utriusque systematis fautores brevi erit sublatus.

THESIS QVARTA.

Mechanicorum.

Anatome ad medicinam tam *theoreticam* quam *practicam* est summe necessaria; Nemo enim, iniquiunt mechanismi propugnatores, exquisitam verae theoriae medicae cognitionem vindicare sibi potest, nisi C. H. ratione structurae, exactam & intimam habeat notitiam. Imo, additur, oportere *medi-*

Organicorum.

Medico, ad artem suam exercendam sufficere potest, tantum scire ex anatome, quantum culter anatomicus suppeditat; Id quod situ partium earundemque cum aliis connexione, structura & textura partium indeque eliciendo usu absolvitur.

cum, omnium partium,
 praesertim nervorum, va-
 forum, musculorum, ten-
 dinum situm, connexionem,
 usum atque consensum, tan-
 quam unguis suos perno-
 scere.

Conciliatio.

Tantus inter *mechanicos* & *organicos* hac in parte 'dissen-
 sus non est, ut vulgo putatur, imo potius facilis hic
 est utriusque systematis conciliatio. Quamdiu enim ana-
 tome suam intra sphaeram modeste sese continet, nemo
 est, qui ejusdem utilitatem in reliquis medicinae parti-
 bus non agnoscat. Confer D. D. Praesidis instit. refor-
 mat. part. I. Cap. I. §. XVII. At vero qui STAHLIO im-
 putarunt, quod nimis oscitanter de studio anatomico
 senserit, summa eundem injuria adficiunt. Retulit, fate-
 or, anatomen ad aliena, à doctrina medica puriore ar-
 cenda, quae non modo *doctrinam medicam moventur, tur-*
bent, fallant; Sed & ab ipsa veritate & usu practico remota
animis objiciant: Quo in adserto longe manifestissimum est,
 respexisse illum ad anatomen recentiorum curiosam, quam
 alii plane SUBLIMEM vocant; De hac enim pronuncia-
 re nullus dubitavit: Omnem illam *ἀκριβειαν* circa nume-
 rum, situm, ordinem & positum fibrarum, musculum
 v. g. quendam componentium nihil commodi adferre
 ad suum, nempe directe medicum scopum, curationem
 scil. musculi quomodocunq; laesi obtinendam. Qua in
 re

re *Gideon Harveus* in arte curandi morbos expectatione, eidem plenissime adfentitur, dicens: *Curiosiora anatomiae scrutinia ad praxin medicam non satisfaciunt.* Tolerari id utcunque posset, dummodo curiosior talis anatome non plane damna inferret. Audiamus *Stablium* ipsum in *notis ad Satyras Harveanas* p. 146. hac de re disferentem: *In eo, inquit, manifestum veritatis studium obtinebit; Quod plerique, qui anatomiae curiosae physicae - - - toti incumbunt, quando praxin adgrediuntur, & non ex aliis fontibus eam hauriunt, in dignoscendis & curandis morbis tota illorum studiorum sagacitate non modo nihil exsculpant, sed potius, ut inde à septuaginta annis meridianae luci expositum prostat, numerosas saltem chymaeras effingant, & hypotheses cudant, quae omnem praxin confundunt, nedum respuunt.* Coeterum ambabus manibus largitur: *Anatomen cum doctrina & experientia medica amico confortio coire & uno in viro reperiri posse; Iniquum & a veritate alienum esse, exquisitiorem anatomiam totam simpliciter deridere, & nullius plane utilitatis nota afficere; Quandoquidem conducit illa partim ad historiam physicam locupletandam, partim ad scientiae anthropologicae subsidia, veritates non nisi per ignorantiam contemnendas.* Verum enim vero longe aliud est quaerere: *An directe ad theoriam vel praxin medicam illustrandam vel locupletandam faciat?* Id quod sententia omnium, qui organicorum principia sequuntur, jure meritoque negatur. Cum enim *anthropologia physica* à *physiologia medica* multum distet: Spero, hic facile consensus esse *mechanicos*, si hanc differentiam rite expendierint & ad animum debito modo revocaverint.

THESIS QUINTA.

Mechanicorum.

Adparatus simplicium ex omni triplici regno vegetabili, animali ac minerali petitorum *mat* *eriae* *medic* *ae* nomine venit suamque vim & operationem in C. H. edunt aguntque ex pura necessitate mechanica, i. e. Quodcunque simplex hoc vel illo gaudet principio, v. g. salino vel fixo, vel volatili, sulphureo, aromatico, terreftri, adstringente, mucilaginoso &c. illud hunc vel illum effectum ex mechanica, ut loquuntur, necessitate edit imo edere debet. V. G. salia alcalina, acicularum instar *pungendo*, acida vero cultrorum instar *scindendo* agunt,

Organicorum.

In diducendis simplicium virtutibus non ad solam elementorum seu principiorum, quae suos intra recessus recondunt, texturam vel dispositionem mechanicam respiciendum sed simul ad diversitatem subjectorum ratione temperamentorum, sexus, aetatis, sensibilitatis vel stuporis, maxime vero ad synergiam seu cooperationem ipsius naturae attendendum est; Neque individuales circumstantiae, consuetudines aliaque talia singularia, quae vulgo parum attendi solent, hic temere excludenda sunt.

imo

imo propter hanc suam
mechanicam dispositio-
nem ita necessario agunt
nec aliter agere possunt.

Conciliatio.

Sicuti *Galenici* suis in scholis sat longo temporis intervallo suas decantarunt qualitates primas, *calidum* nempe, *frigidum*, *humidum* & *siccum* earundemque compositiones & contemperationes secundum gradus varios, ex quibus plantarum vires derivarunt; Ita *mechanici*, saporem aequae ac odorem consulentes, varia principia salina, acida, sulphurea &c. in simplicibus sibi deprehendisse ac detexisse visi sunt; Id quod tolerari utcumque posset, dummodo principia haec *physico-chymica* in abusum non verterentur, dum perversa ratione sic argumentantur: Hoc vel illud simplex sive mixtum hoc vel illo sive sapore sive odore sese commendans, hoc vel illo principio, v. g. Sino, Aëreo, aromatico, fixo vel volatili &c. foetum atque imbutum est; E. hunc vel illum effectum edere *ex necessitate*, ut loquuntur, *mechanica* debet; Quae quippe argumentandi ratio multis fonticis neotericorum erroribus ansam dedit. Longe aliter hic procedunt, qui *Organicorum* castra sequuntur: Hi enim non *absolutas*, sed ad *subjectorum*, *temperamentorum* &c. diversitatem & indolem *restrictas* concretis vires vindicant, provocantes ad quotidianam experientiam, quae quippe numerosis plane exemplis docet, unum idemque remedium v. g. emeticum vel purgans in duobus vel pluribus subjectis vel nihil plane vel parum admo-

admodum praestitisse, cum in alio sensibiliore vel activiore indole atque temperamento praedito plane *emeses* vel *hypercatarses* excitaverit.

Deinde vero haec etiam intercedit differentia inter utriusque systematis defensores, quod *mechanici* ut plurimum prolixo medicamentorum magis compositorum, quam simplicium usui & adparatui faveant: Cum contra *organici*, *Hippocratis*, *Celsi*, *Galenii* aliorumque antiquorum medicorum exempla secuti, simplicioribus, sed fidis & usu multiplici probatis & expertis utantur; Quo ipso longe aptiores redduntur, ut de *simplicium* talium veris & indubitatis effectibus majori securitate iudicium ferre queant, quam illi reliqui, qui plura & non raro contraria unam in formulam inepte congerendo, in dubio versantur, nescientes, cui demum ingredientium bonum vel malum, salutarem vel noxium effectum tribuere debeant? Neque vero efficacius vel stringentius pro adferenda remediorum *simplicium* prae *compositis* praerogativa & quasi praeeminentia allegari potest argumentum, quam quod priores illi numerosos patientes, simplici ista methodo secure atque constanter curatos & integrum restitutos sistant & in lucem producant, cum contra illi alteri operoso isto simul atque sumptuoso remediorum & numerosorum & compositis & decompositis constantium adparatu, quo patientium oculos exhauserunt & pharmacopolarum possessiones locupletarunt, vix centesimam patientium plene perfecteque restitutorum partem in scenam producere sciant.

Porro vero si *medendi methodum artificialem* aemulam esse oportet *naturali*, ingens hic iterum discrimen inter
mecha-

mechanicos & organicos sese offert, quoniam posteriores, humorum peccantium excretioni studentes, sine sufficienti eorundem praeparatione ac digestionem tantae molis opus nunquam adgrediuntur, cum ex adverso priores neglecta hac regula, vomitoria, purgantia, sudorifera, crudis corporibus exhibere vix religioni sibi ducant, de effectibus inde secuturis vix ac ne vix quidem solliciti. Cujus rei exempla haud pauca allegare nobis liceret, nisi odium vitaremus. Denique in declarandis *modis fiendi*, quibus remedia in C. H. suum exercere dicuntur effectum, toti sunt *mechanici*, & curta subinde dicendorum supellex foret, nisi in *formalitatibus* hisce exponendis, quas tamen sola subinde ratio subministrat, tempus inutiliter tereretur: Longe vero firmiori incedunt talo, qui non tam *à priori* quam potius *à posteriore* medicamentorum vires atque virtutes aestimant simulque ad ipsius naturae synergiam sollicitate attendunt.

Hoc tamen qualicumque dissensu nihil obstante, crediderim, conciliari inter se mutuo posse utriusque hypotheseos fautores, dummodo absolutae isti, quam haecenus defenderunt acriter, mechanicae necessitati renuncient concedantque mechanici, à nulla materia sive *texta* sive *structa* sive quomodocumque *conformata* ullum motum, ullumque effectum proficisci posse, nisi ab altiore quodam principio ad hunc vel illum motum directa fuerit; Unde consequetur: Potentias istas salinas, acidas vel qualescunque alias in corpore humano non ex absoluta quadam necessitate vi istius configurationis mechanicae, verum potius pro temperamenti, sensibilitatis, constitutionis individualis aliarumque talium circumstantiarum habitudine agere.

C

THE-

THESIS SEXTA.

Mechanicorum.

Botanica est pars artis medicae *subsidiaria*, qua non solum plantae, suis quaeque characteribus notatae medico innotescunt, sed & inter sese mutuo distinguuntur, viresque earundem investigantur; Quo ipso suam utilitatem necessitatemque eidem satis comprobant.

Organicorum.

Non contemnunt organici botanicen, inprimis si circa officinales herbas & rite cognoscendas & usui practico adplicandas versetur, dummodo à curiosulis inquisitionibus, foliorum nempe figuris, incisuris, signaturis &c. sollicitè abstineatur: Haec enim sunt aliena, ab ambitu artis medicae merito arcenda.

Conciliatio.

Nullam est dubium, quin in eo utraque pars sit consensus, *utilem* omnique modo *necessariam* esse futuro practico scientiam herbariam, dummodo à minutis & inutilibus curiositatibus abstineatur; Quia ingens sine dubio dedecus pareret medico, uti herbis, nec tamen faciem earundem externam satis cognitam habere atque perspectam. Cavendum est omni modo, ne coram pharmacopoeis, saepe hac in scientia peritioribus sese prostituant medici. Nec ulla ambigendi causa est, quin etiam *difficultatem* artis sint admissuri; Jam dudum enim viri ingenui de ea sunt conquesti, quanquam simul libere fateri oportet

oporteat, ipsos medicos difficultatis hujus auctores esse. Hanc interim caussata est 1.) diversitas nominum uni eidemque plantae à diversis botanicis impositorum, quae tantam inter illos confusionem peperit, ut vix alter alterum intelligat. Symbolam suam 2.) contulit methodorum multiplicitas, cum alii pro caractere generico numerum loculamentorum, quibus fructus sive semina concluduntur, alii a structura florum & numero petalorum, alii aliunde notas características desumerint. Auxit 3.) difficultatem, quod multae plantae certis anni temporibus non eandem semper offerant faciem, sed subinde mutantur. Ut de introductione alienorum in rem botanicen nihil hac vice moneam.

THESIS SEPTIMA.

Mechanicorum.

Medicina a quibusdam illorum definitur: Quod sit scientia salubrium & insalubrium, qua C. H. vita ac sanitas vel conservatur, vel amissa convenientibus remediis restituitur. Vel secundum alios, ex eodem tamen mechanico-
rum ordine, haec ejus

Organicorum.

Medicina, quam exercemus, nempe artificialis, nihil est aliud, quam habitus scientificus, medicinam spontaneam sive naturalem & internam, suis in agendi modis ac methodis ea, qua possibile est, à se ipsis imitandi, ut idem utrobique finis, scil. tam fluidorum in mixtura seu crasi, quam solidorum & solidescentium in textura stru-
defi-

C 2

definitio probatur: Esse *Et utraque conservatio, nec non*
 scientiam eorum, quorum *imminentium malorum solers ac*
 applicatorum effectu vita *próvida ab oeconomia vitali a-*
 sana conservatur, aeger *versio imo & a damnis & lae-*
 vero in priorem salubrita- *tionibus jam actu illatis libera-*
 tem restituitur. *tio & in statum sanitatis pri-*
stinum restitutio obtinetur.

Conciliatio.

Si medicinae definitionem, quod jure desideratur, oporteat esse *realem*, non *à solo fine petitam*, admodum vereor, ne, quae a Mechanicis haecenus allatae sunt, pro talibus admitti vel haberi mereantur. Medicum quidem scientia *salubrium & insalubrium* sive juvantium & nocentium oportet esse instructum; Verum hoc ipsum medici officium nondum exhaurit, cum neminem latere possit, *quò salubre & insalubre* certam quandam ad *individua-* *lem* cujuscunque subjecti constitutionem habere relationem. Generalior adhuc est altera à mechanicis adlata medicinae definitio: Quae enim generis loco in medium producantur, ea nempe, *quorum applicatorum effectu vita & sanitas conservatur & amissa restituitur*, obscuriora sunt, quam ut à quoquam harum rerum intelligente clare atque distincte percipi queant: Ut taceam, à solo fine petitam videri hanc definitionem, id quod tamen in vitio habent alii: Longe vero aliter comparatum est cum definitione artis medicae, quam in medium protulerunt *organici*, in qua quippe omnia medici artificialis officia, quae ipsi facienda incumbant, graphice delineantur, & non tantum modo

modo in modorum agendi à natura cooperante servari solitorum, quibus in sanitatis vitaeque conservatione & amissae restitutione utitur, sollicita observatione, sed & prudenti eorundem imitatione consistit, ne ipsa quidem solerti prophylaxi neglecta. Nolim tamen ob hanc sententiarum opinionumque diversitatem cum quoquam contendere; Qui pacem & concordiam amant, mutuum hunc dissensum tempestive removendi, media convenientia facile invenient, illis interim, quos contradicendi cacoëthes in transversum egit, suam libertatem haud invidi relinquentes.

THESIS OCTAVA.

Mechanicorum.

Dari in homine medicinam quandam internam, spontaneam, naturalem, autocraticam, quae varii morbi, v. g. febres acutae & continuae, morbi itidem exanthematici, variolae, morbilli, purpura &c. sponte & citra concursum subsidii vel auxilii artificialis curantur, & integritati totius corporis hoc modo

Organicorum.

Sunt hi plenissime de hac veritate convicti, dari nempe in homine vivo medicinam talem internam atque spontaneam, quae non modo in statu oeconomiae animalis vitalisque ordinario & naturali fluida in sua crasi mixturaque, nec non solida & solidescencia in sua textura structuraque integra atque inviolata praestantur conservanturque, sed & in statu ejusdem extraordinario atque morbofo

C 3

consu-

consultitur, de eo al-
tium in scriptis *mechani-*
corum est silentium.

*noxae atque damna vel immi-
nentia, vel actu illata tempesti-
ve advertuntur, praecoccupantur
vel convenienti modo, successu
ac tempore, sine externo artifi-
cialis medici concursu, sola na-
turae energia in integrum resti-
tuuntur; Quam proinde effica-
ciam nullo aptiori quam auto-
cratiae naturae vocabulo ex-
primi posse, existimamus. Consu-
lantur Stahlii disputationes de
medicina sine medico de au-
tocratia naturae aliaque plu-
res.*

Conciliatio.

Quamdiu gloriae sibi ducunt *mechanici, causam motuum*
in corpore humano obviorum *primam* NEGLIGE-
RE, & secundas tantum atque propiores attendere (quas
comminiscuntur organicos omisisse vel neglexisse) tam
diu parum spei superest, mutuum in adfensum eos invi-
tari vel allici posse cum *organicis*. Ex hoc interim funda-
mento factum est, quod medicinam hanc spontaneam,
hanc naturae autocratiam vel ejusdem saltem cooperatio-
nem negligant & contemptui habeant. Ejus vero *existen-*
tiam sequentia argumenta exceptione omni majora effica-
citer evincunt: Et primo quidem summa illa *aegrotandi*
infre-

infrequentia, quae efficit, ut numerosi homines, in tota sua vita vix semel atque iterum aegrotent, imo potius ad sexagesimum, septuagesimum aetatis annum imo amplius vitam suam corporisque sanitatem illibatam & inconcussam conservent. *Deinde* morbi acuti, & potissimum exanthematici, ut sunt morbilli, variolae aliique tales qui ut plurimum sponte atque insuper salutariter decurrere consueverunt, excitatis sponte haemorrhagiarum vel diarrhaeis aliisque excretionibus criticis, in quibus medicina externa sive artificiali rarius opus est; Et si quam maxime (id quod tamen rarius necessarium est) medici artificialis concursus requiratur, is tamen suam curandi methodum ad illam spontaneam & naturalem provide semper exigere atque componere debet, quae quippe perpetua est norma, regula atque cynosura, secundum quam omnis medicina artificialis instruenda ac dirigenda est. Unde simul clare atque perspicue intelligere licet: Medico artificiali eo omnes nervos esse intendendos, ut internae illius & spontaneae medicinae veros atque genuinos agendi modos examulsum cognitos atque perspectos sibi reddat, nisi vel dedita opera coequirere vel artem, quam exercet, ceu inefficacem omnique effectu salutari destitutam aliis laute deridendam propinare malit. Denique experientia practica clinica numerosis plane exemplis toto die demonstrat, concursum medici artificialis eo plerumque nocentiorum esse, quo negotiosiores hic sese gerere solent; Quandoquidem legitimum & plerumque ordinatum talium morborum acutorum decursum & successum variis modis turbando vel prorsus intercipiendo sinistris imo non raro funestis eventibus occasionem suppeditant.

Aegro-

Aegrotantium vero dietam ac regimen instruere & salutaria hoc fine consilia ipsis subministrare, tantum abest, ut prohibeamus, ut potius hunc talem medici concursus omni modo necessarium atque utilem esse judicemus.

THESIS NONA.

Mechanicorum.

Medicus est & dicitur, qui recte, quae homini ad vitae & sanitatis tutelam morborumque curationem salubria vel insalubria sunt, judicat.

Organicorum.

Medicus, nempe artificialis est, & dici jure meretur, qui naturam, scilicet humanam ejusdemque synergiam nec non varios agendi modos tam in sanitatis praesentis conservatione, quam amissae restitutione servari solitos non modo sollicite observat, sed & prudenter imitari studet. Vid. Praesidis instit. Med. refor. cap. I. S. VII. pag. 4.

Conciliatio.

Admodum dubito, utrum, qui sola tantum *salubrium & insalubrium* notitia animum habet imbutum, pro medico haberi possit? Plura alia eidem addiscenda sunt, si honorem atque dignitatem medici rite tueri cupiat; Inprimis vero *naturae humanae* indolem, ejusdemque *cooperationem* in superandis morbis notam atque perfectam reddere sibi debet; Verum haec potissimum sunt, quae honori sibi ducunt *negligere* mechanicos, & parum abest, quin

quin ad metaphysicorum gryphos has *organicorum* doctrinas referant; Cum ipsis incomprehensibile videatur, quomodo, admisso tali principio, quod rationis particeps est, vel in theoria vel in praxi aliquid solidi fieri vel explicari possit, cum *concipi nequeat*, quomodo res intelligens & libere agens vires motrices omnium rerum corporearum, ad negotium vitale inprimis spectantium, disponat, immutet vel dirigat? Quasi nempe conceptus noster sit norma atque regula, secundum quam ille rebus ipsis duram quandam necessitatem imponat, ita existendi, sicuti ab anima nostra concipiuntur. Illud vero manifestam redolet injuriam, quod *Stablio* ejusque sequacibus imputetur, quasi nempe in eo minus prospexerit medicinae, quod ille *persuasus, se nactum esse causam primam, secundas omiserit*, propiores tamen, & in quas solas & rationi & experimentis aliquid licet. Plenissime de hac falsa imputatione convictus erit, quisquis tam *tabulas theoreticas* quam *practicas* ex scriptis *STAHLII à Junckero* concinnatas attentius evolverit; Non enim hic omissae sunt causae secundae, sed *recte* propositae, ne in nova Academia, in qua ejusmodi *λεπτολογίαι* scholasticae non admodum bene audiebant, *derisui essent tales voces, apud peritiores inanes scholarum tricas, apud imperitos autem metaphysicam aut logicam redolentes.*

THESIS DECIMA.

| | | |
|---|---|--|
| <p>Mechanicorum.</p> <p>Objectum artis medicae est corpus humanum</p> | | <p>Organicorum.</p> <p>Objectum medicinae non est simplex machina, sed corpus vivum,</p> |
| | D | |

vivum, quod mentis *tan-* *manum vivum seu motibus vi-*
tisper instrumentum est *talibus instructum, subjectum*
 ejusque operationibus *vero audit, si circa illud acti-*
 inservit. Si circa hoc *ve sese gerat, vel in statu sani-*
 corpus practice versa- *tatis praesenti illud conservando,*
 tur, *subjectum* audit. *vel actu morbis adfectum resti-*
tuendo.

Conciliatio.

Videri quidem posset, plenissimum inter *mechanicos & or-*
ganicos hic esse consensum; Utriusque enim hypothe-
 seos adfertores unanimiter statuunt, corpus humanum
 vivum contemplative esse verum medicinae *objectum, pra-*
ctice vero ejusdem *subjectum*. Verum enim vero haud in-
 juste metuimus, ne mechanicorum adfertoiones, corpus
 humanum esse *machinam, ad motus ordinatos edendos compa-*
ratam, & esse tamen corpus vivum, sint contradictoriae:
 Quare cautius agentes alii corpus non *vivum* tantum, sed
 & *animatum* i. e. a anima instructum medicinae *subjectum*
 esse dicunt, sub hoc tamen nomine non *animam rationa-*
lem, sicuti decebat, intelligentes, sed *vegetativam*, quam
 ut & *sensitivam* veteres praeter *rationalem* fingeant, qua-
 rum hanc actibus rationalibus, illam sensibus & motibus,
 istam vero vitalibus & naturalibus praeficiebant. Quod
 enim rationalem hoc nomine animam neutiquam velint
 intellectam, inde patet, quod disertis verbis contra ens
 metaphysicum, animam nempe rationalem protestentur,
 in quam quippe medicina nullam habeat potestatem:
 Quasi medicus eodem modo circa hanc animam verfare-
 tur,

tur, sicuti physiceus, vel metaphysicus. Nisi ergo mechanici animam rationalem pro principio universali omnium actionum, animalium, vitalium & naturalium cum organicis agnoscant, omnis spes mutuae concordiae decollavit. Et enim haec expressio hominem vivum esse & objectum & subjectum artis medicae, cum emphatico sensu accipienda; Quia *ro* vivum denotat, quod motibus sive actibus vitalibus instructum, i. e. quod jugi atque perenni motuum vitalium tam sanguinis circulatoriorum quam se- & excretoriorum successu non fluida modo sua in crasi conservat, sed & aliena illis immixta & turbas forte illatura se- & emovet, sicque totum corpus in intemerato sui statu & plena integritate conservat.

THESIS UNDECIMA.

Mechanicorum.

Non omnes, qui mechanisum profitentur, in numero partium medicinam constituentium sunt inter se mutuo concordēs: Alii enim quatuor tantum, nempe *physiologiam, hygieinen, pathologiam ac therapeutice* agnoscunt, ommissa *semeiotoica* quam

Organicorum.

Hi à placitis scholarum, in quibus institutiones medicae docentur, ne latum quidem unguem recedunt, pro partibus medicinae essentialibus agnoscentes 1) *physiologiam, quae tamen anthropologiam, seu sermonem de homine complectitur, deinde pathologiam, porro semeioticam, suo tamen hic loco etiam relicto historiae morbo-*

D 2

ad

ad pathologiam pertinere existimant. Alii consuetum hactenus morem, partes medicinae recensendi, secuti quinque admittunt, nempe *physiologiam*, sub qua totius *oeconomiae animalis* rationem comprehendunt, deinde *pathologiam*, quae tamen *nosologiam* & *symptomatologiam* continere dicitur, porro *seneiologiam*, *hygieinem* atque *therapeuticen*, sub qua tamen *diacteticen*, *pharmaceuticen*, *chirurgicen* & *μεθοδὸν ἰατρικὴν* comprehensam esse volunt.

Conciliatio.

Levior quidem est hic dissensus, quam ut de eo removendo multum solliciti esse debeamus; ordo tamen, quem primi institutionum medicarum scriptores sancte nec sine ratione servarunt, non erat temere turbandus. *Physiologiae* enim *hygieine*, quae regulas tuendae valetudinis tradit, non admodum commode subjicitur, quia regulae diactete-

diæticam & regimen vitæ concernentes non ad sanos tantum sed & ad ægrotos sese extendunt, & posteriori inprimis respectu indolem morborum cognitam atque perspectam præsupponunt, proindeque pathologiæ non præmittenda sed postponenda est. Nec ulla solida reddi potest ratio, cur *semiotica* vel profus omittatur vel saltem *seorsim* non tractetur? Cum pathologi officium sit inquirere in veram atque genuinam cujuscunque morbi seu adfectus præternaturalis indolem, symptomata ejusdem & causas, signa vero tam *diagnostica* quam *prognostica* ex aliis fontibus petenda; Quo nomine *semiotica* consulenda est. Omnium minime adprobari meretur, quod *methodum iatricam* ex censu partium medicinæ essentialium proscriperint, quia ex hac demum parte indicationes rationales indoli morbi ejusque causis proximis conformes depromendæ, quibus in therapeutica speciali deinde satisfaciendum est. Inferimus hinc: Hanc talem *innovationem* frustra & citra solidam rationem vel qualemcunque usum inde expectandum esse susceptam.

THESIS DUODECIMA.

Mechanicorum.

Principium demonstrandi in medicina est pure *mechanicum*, sive, universa medicina suis in deductionibus tam theoreticis quam practi-

Organicorum.

Hoc demonstrandi principium non est pure mechanicum, sed mechanico-organicum, nec sua natura aliud esse potest: Quia, etiamsi totum corpus humanum sit mechanice textum

structumque, omnesque ejus par-
i. e.

i. e. principiis pure mechanicis, quae sunt materia & motus, subnixa. *tes tali conformatione & aptitudine mechanica gaudeant, at tamen effectum, cui dicatae sunt, edere nisi causa movens accedat nequeunt.*

Conciliatio.

In tres diversas hic abeunt partes, qui in principio medicinae demonstrando occupati sunt. *Mechanici* corpus humanum pro mera machina ex pura & absoluta necessitate agente, quicquid agit, agnoscunt ac proinde ab actuum vitalium atque naturalium exercitio animam rationalem penitus excludunt. *Organici* corpus humanum singulasque ejus partes ceu totidem considerant organa, quibus anima rationalis utitur pro finibus suis obtinendis. Hos inter semutuo conciliare mutuumque dissensum remove conata est tertia pars, quae *mechanico-organicorum* nomen imponi sibi passa est, eaque cum mechanicis quidem admittit, corpus humanum esse machinam, artificiosissime textam structamque, singulasque ejus partes ceu totidem machinulas esse considerandas; Verum simul proficitur, universam illam conformationem mechanicam altiori subesse principio agenti, nempe animae rationali, qua demum accedente veluti animetur & in actum deducatur corpus, ut omnibus suis functionibus, *animalibus, vitalibus & naturalibus* edendis sufficiat. Qui vero pleniorē hujus principii demonstrationem scire desiderat, D. D. Praefidis instit. medicas secund. princip. mechanica organica reformatas Cap. IV. §. XIII. ad finem Capituli usque evolvere atque consulere potest.



* * * * *
* * * *

Selehrter Freund, sag' an, ist Deine Kunst auch schwer?
Du lachst, und zehlest mir der Sachen Menge her;
Die sprichst Du, muß ein Arzt der Menschen Heil
zu bauen

Erlernen und verstehn, erfahren und beschauen.

Doch dies schwächt Kopf und Sack. Wie wenn ein Wurzel
Man

Der sonst nicht viel gelernt, nur Römisch schreiben kan,
Der Aerzte Vorschrift stiehlt, in seine Sammlung greifet,
Und auf ein Vomitus der Krank'n Hofnung steifet.
Wie Wenn er schwagen kan, wie wenn er rüstig läuft,
Wie wenn er ohne Scheu auf Leichen Leichen häuft.
Ist der nicht auch ein Arzt, und von Hygäens Söhnen?
Den sprichst Du, wird sie einst mit Hasenpappeln kröhnen
Und ja, Du hast ganz recht. Wer bis zur späthen Nacht
In Meditrinens Dienst bey Del und Dacht gewacht
In Büchern nachgeforscht, was in dem Celsus steckt,
Was Hippokrat gelehrt, der Krankheit Grund entdeckt,
Die Mittel untersucht wodurch die Krankheit weicht,
Der eilt dem Ziele zu das Du nunmehr erreicht,
Und das Dich Werther Freund auf den Catheder führet,
Wo Dich Hygäens Hand mit ihrem Huthe zieret.

X

Und

Und so erwartet Dich Dein Vaterland zurücke,
Ich aber wünsche Dir zugleich ein solches Glück,
Zur Absicht die Du hast, zu Deinen Heilungswercken,
Daß es nicht nöthig sey die Wünsche zuverstärcken.

Durch diese wenige Zeilen wolte seine Ergebenheit
bezeigen

Johann Christian Lindner Oppon.

Aus Liegnitz in Schlesien der Arzney, Kunst
befißener

Gar recht die Tugend sucht das was vollkommner macht,
Ihr hohes Ansehn steigt bloß durch Vollkommenheiten,
Es ist ihr kluger Wiß beständig drauff bedacht,
Durch unverdroßnen Fleiß das Glück zu erbeuten.
Drum zeigt mein Bahrendorff die beste Tugend-Proben,
Da Sein erhabner Geist nach höhern Dingen strebt,
Sagt Neider, müßt ihr nicht solch kluges Wählen loben,
Da Weißheit und Verstand Sein Ansehn höher hebt?
Gelehrt und Werther Freund der Unmuths volle Tag,
Da Dir Apollens-Gunst den Doctor-Titul giebet
Sagt, daß mein heischres Rohr Dein Glück besingen mag,
Doch dulde, wenn mein Reim gar keine Schmincke liebet,
Auf Franckfurths Helicon wo Pallas Schätze gräbt,
Wo Dir Minerva selbst den Lorber-Cranz gewunden
Den Kunst und Wißenschafft mit steter Krafft belebt,
Hast Du nach Müh und Fleiß den besten Schatz gefunden.
Nun

Nun hast Du endlich das, was Deine Brust vergnügt,
 Was Dich vollkommner macht, wodurch Dein Ansehn blühet
 Nun trifft Dein wünschen ein nun hat sich bald gefügt,
 Daß Dich auch Lignitz selbst im Doctor = Hute siehet.
 So lebe denn beglückt daß dermaleinst die Zeit,
 Da Dich Hngäens-Glanz mit Schmuck und Ehren zieret
 Dir vor gepriesnen Fleiß ein rühmlich Denckmahl weyhet,
 Und Dein erhöhter Geist des Glückes = Haupt berühret.
 Der Höchste segne Dich mit ächtem Wohlergehn,
 Er wolle Deinem Thun Glück und Seegen schencken,
 So wirst Du iederzeit in Curen wohl bestehen,
 So kan kein Ungemach auff Dein Verderben denken.
 Und endlich legt die Welt Dir diesen Lob = Spruch bey:
 Daß Du durch Glück und Kunst gar vieles beygetragen
 Wodurch die beste Welt noch jetzt vollkommner sey,
 Ja endlich must Du Selbst von guten Zeiten sagen.

Durch diese Zeilen wolte seinem sehr wehrten
 Freunde und Gönner zu erlangter Doctor =
 Würde glückwünschen und sich seiner be-
 ständigen Gewogenheit bestens empfehlen

J. G. Liebich,

Aus Lignitz in Schlesien, der Gottes = Gelahrtheit
 besitzener.

Wenn Phoebus nicht vor mir sein Wunderwerck verhölte
 Und Günters muntre Geiſt jetzt meinen Leib beselzte,
 X 2 So

So müste dieser Tag von mir besungen seyn,
Allein so fällt mir mein Unvermögen ein.
Dein unverfälschtes Lob das dieses Blat nicht fasset,
Dein viel zu edler Sinn der eitles Rühmen hasset
Beschämet meinen Reim, drum schickt sichs Werther nicht,
Daß meine Muse Dir den Ehren-Lorber flucht.
Jedoch die Ehrfurcht winckt, ich kan den Trieb nicht zwingen
Und solt ich noch so schlecht, so matt und heiser singen,
So weyh ich Dir ein Lied, ob gleich Apollo klagt,
Daß jeder Stimper sich in seinen Tempel wagt.
Hygäens Heiligthum wird oft gar sehr entweihet,
Wenn mancher dummer Kerl der Göttin Beyrauch streuet,
Der bloß dem Nahmen nach der Kranken Helfer heist,
Doch täglich durch die That das Gegentheil beweist.
So wird die theure Kunst, die fast der Gottheit gleichet,
Die bloß der kranken Welt noch Rettungs-Mittel reichet,
Durch mauchen ihrer Zunft so liederlich entehrt,
Wenn er durch sein Recept der Kranken Schmerz vermehrt.
Gelehrter Freund, Du wirst mir selber Beyfall geben,
Daß nur gar wenige nach wahrer Weißheit streben,
Indem der meiste Theil den rechten Zweck vergißt,
Und seinen Lebens-Lauff dem Pöbel gleich beschließt.
Doch diß vergrößert nur den Werth gelehrter Männer,
Die Wissenschaft behält noch immer ihre Kenner,
Du Selbst mein Wahrendorff erweist diesen Satz
Und nimst mit vielen Ruhm im Ehren-Tempel Platz.

Du

Du hättest zwar schon längst den Purppur tragen können,
Doch Biadrine soll Dich heut erst Doctor nennen,
Sie siehet Deinen Werth, Sie nennt Dich ihren Sohn
Und giebt Dir öffentlich vor Dein Verdienst den Lohn.
Izt kanst Du nun mit Lust des Fleißes Früchte brechen;
Jedoch nun denk ich auch an mein gethan Versprechen,
Und weil mein heischres Mohn kein Lob-Lied liefern kan,
So nimm nur dieses mahl den blossen Willen an.
Der Himmel gönne Dir das zärtlichste Vergnügen,
Und alles müsse sich zu Deinem Wohlsenn fügen,
Ja wenn die Liebe einst Dein zärtlich Herz besiegt,
So werde Dir alsdenn die Schönste beygefügt.

Hierdurch wolte seine Ergebenheit bezeigen
und sich zu beständiger Gewogenheit
gehorsamst empfehlen

J. Gottl. Radner,
von Liegnitz auf Schlesien, der Rechte besitzener.

Præmia si Doctas curas sua Iure sequuntur,
Iure manent curas præmia magna tuas.
Dumque tui studii specimen laudabile ponis,
Iure venit segeti messis opima tuæ.
Accipe quas offert tibi nunc Hygeia corollas,
Boebus adest chlamydem purpureamque parat.
Iste tibi reliquos quoque mox decernet honores.
Hinc etiam tituli lætor honore tui.

Francofurti ad Viadrum
Die 25. Augusti 1742.

Josephus Ignatius Wiesner
Iur. U. St.
Silesius Sprottaviensis.

Auch



Nuch mich rühret Dein verdientes Glücke
Das Dir Hngäa zugebracht,
Nuch ich seh' mit vergnügtem Blicke
Freund daß man Dich zum Doctor macht,
Dein Fleiß und ernstliches Bemühen,
Verdiente längstens diesen Lohn
Nun ist es auch dahin gediehen,
Nun trägst Du ihn mit Ruhm davon.
Geh' sammle nun von Deinem Wissen
Vergnügen, Muße, Nutz und Frucht,
Die Dir nothwendig folgen müssen
Weil Du so eifrig Sie gesucht,
Vertreib den Kranken Pein und Schmerzen,
Verschaffe Linderung vor das Weh,
Doch denk' auch mit verliebten Herzen
An eine künft'ge Salathe.

Hierdurch wolte dem Herrn Doctor seine
Ergebenheit bezeigen

Carl Gottlieb Pusch,
von Liegnitz aus Schlessen. Deurer Rechten
ingethan.

Nieh an Hngäens weise Hand
Will dein Verdienst mit ihrem Huthe Fröhnen;
Der Fleiß, den Du in ihrem Dienst verwandt
Schreibt Dich zu ihren liebsten Söhnen.

So

So wage Dich Gelehrter Freund,
Weil der bestimmte Tag erscheint
Noch erst mit den gelehrten Streitern.
So kämpf und siege dann zugleich
Und suche stets ihr weites Reich
Durch eine große Zahl Genes'ner zu erweitern.

Du streitest jetzt, Du siegst auch schon
Und nimmst den Huth von Meditrinens Händen.
Dein Vaterland erwartet seinen Sohn
Er soll Morbonens Einbruch wenden.
So folge seinen Winken dann
Und zeige, daß Dein Wissen kan
Der Kranken herbe Schmerzen heben.
Der Segen folge Deinem Thun
Und laße Dich nie müßig ruhn
So grünt Dein nahes Glück, so blüht Dein nützlich Leben.

Durch dieses empfiehlt sich zu beständi-
ger Gewogenheit.

Christoph Ehrenfried Lindner.

von Piegnik aus Schlesen. Der Rechte
besitzener.



1018

PICA





(5)

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS
 DE
CONSENSU ac DISSENSU
MECHANICORUM
 ET
ORGANICORUM
 MODOQVE IL

DEO BE
 JUSSU GRATIOSAE
 SUB
ANDREAE
GOE
 MED. DOCT. AC
 h. t. FAC. D
PRO DOCT
 SUMMISQVE IN AR
 JURIBUS ET PR
 IMI
 DIE A
 H.
 Placidae Phi
JOH. LUDOV.
 Ligt

FRANCOF
 Litteris PHILIPPI S

